

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XCV. Allegorias prudenter & modicè in Concionibus tractet, nec in unaquaque
Scripturae sentiatiâ, aut regestâ eas quaerat.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

versarii heterodoxi, Pontificii, Calviniani, aut alii, falso glossemate in alienum & cum fidei analogiâ pignantem sensum detorquent, eoque ad stabiliendum aliquod perversum dogma suum abutuntur; Ejus falsæ interpretationis aut corruptele refutatio, statim in ipsâ paraphrasi, omnino suscipienda est, sic ut adversarios ipsius sequentes primum breviter recensemus, & sobriè, solideque confutemus.

XCV.

Allegorias prudenter & modicè in Concionibus tractet, nec in unaquaque Scripturæ sententiâ, aut re gestâ eas quarat.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Expositio textus sit maximè literalis, allegorica modicè & non nisi singulari prudentiâ adhibenda est. Sensus enim simplex & nativus, qui in literâ versatur, est solidissimus & firmissimus, h. e. solus gignit certas sententias & ad confirmanda fidei dogmata est idoneus, proinde hic in expositione textus ante omnia est querendus & retinendus. Hoc fundamento jacto Allegoriarum concinnæ & appositæ quandoque interferi possunt. Quia verò allegoriarum aliarum

aliae sunt *ἐμφυτοί*, sive innatae h. e. ab ipso Spiritu S. propositae, explicatae & applicatae, aliae *παρεστάντος*, illatae, humano ingenio inventae, sive humanâ operâ institutae. Illae in primis observandae & usurpandae sunt Allegoriae, quarum explicationem & applicationem ipse Spiritus S. in Scriptura tradit. Cumq; non in omnibus sed saltem in aliquibus locis & textibus sacris, quos ipsa Scriptura digito quasi exerto ostendit, Spiritus S. Mysterium aliquod vel rem spiritualem & mysticam præter literalem sensum revelet & eruendum esse commonstret, ideo cavendum sedulo, ne omnia dicta & res gestas Scripturae in allegorias transformemus. Nec allegorias, quibus Spiritus S. in Scripturis usus est, longius extendamus, quam ipsius Spiritus S. scopus permittit. Patres nonnulli nimia, ut cum *Riveto* loquar, Spiritualitatis disquisitione abrepti, ut lectorum animos à literalis sensu verborum ad altiores spirituales intellectus traducerent, ubique ferè in Scripturis allegorias inquisiverunt. *Origenes* præsertim omnia omnino, quantumlibet simpliciter dicta, allegorizavit, & cum veri intellectus Scripturae jacturâ nulla non per allegorias explicavit, unde justè de eo conqueritur *Hieronymus* (qui tamen & ipse haud rarò nimis *Origenis* a-

re, id est allegorizare videtur, ut loquitur B. Lutherus Tom. I. Epist. fol. 47. Epist. 37. ad Spalarinum.) in Epist. ad Pammach quod ita Paradysum terrestrem allegorizet, ut historia auferat veritatem. Confer eundem in praefat. X. Visionum Esa. ad Amabilem Episcop. Epiphanius de eo inquit, ἀλλήγορον ὡς ἀπὸ δόξας, allegorice explicat, quicquid ponit. Unde idem contra allegorizandi pruritum hanc regulam tradidit in Apostolicis; πάντα τὰ θεῖα ἐκφωτά ἐν ἀλληγορίᾳ δεῖται Non omnia divina dicta allegorizantur, sed in parte sunt. Et Basilius (quo inter Graecos vix invenitur doctior, iudice Bellarmine Lib. de Monach. cap. 5.) Homil. IX. in Hexameron graviter taxat τὸς ἀλληγοροῦντας, illisque comparat, qui somnia interpretantur. Po. sicut quoque plerosque textus Biblicos in allegorias suas fictas convertunt, quod doctorum suorum interpretandi Scripturam caecophes ipse perstringit Cornel. à Lapide in Prooemio Comment. sui in Prophetas Minores pag. 7 seq. Et Adamus Saisbaur praefat. in Esa. ait; Ille abusus Scripturae est maximus, tam libere pro cuiusque ingenio & phantasia consingere allegorias, hoc namque modo Scriptura S. esset quasi Lesbia regula, & eam quo quisque vellet, detorqueret. B. Dannhauerus Tom. I. Theolog. Conscient. part. II.

Spe

Special. Theol. Symbul. Dialog. III.

pag. 1017. *Influit, inquit Allegoria in animos hominum, movet, illustrat, suumque meretur & locum & elogium, praesertim si Scripturae & sit innata, non est proprio cerebro illata; si manu non culeo seratur, post fundamenta fidei recte posita. Sic Paulus (isa D. Lutherus ad Gen. 18. fol. 109.) postquam doctrinam fidei dialecticè & tanquam in acie asseruit gladio, addi, postea de Sara & Hagar allegoriam. -- Ejus studium commendat ab antiquitate Clemens Alexandr. Strom. lib. V. Sed censoria virgula digna est allegorizandi prurigo, cum vetustissima illa Origenica, cum Scholastica ac Barbarica vetus in Homiliis passim deprehensa, ejus matrem fuisse literalis sensus difficultatem, nutricem pigritiam Clericorum, recte censet Sixtin. Amama lib. 1. Antibarb. Bibl. pag. 259.*

Parcius igitur hic verlandum est, ne ut bene monet Hieronymus in cap. II. Zachar. altitudinem divini spiritus commentis nostris obtundamus. Regula, inquit idem in cap. I. Malach.

Scripturarum est, ubi manifestissima Prophetia de Scripturis textitur, per incerta Allegoria non extenuare, quae scripta sunt.

Fundamentum litera hic semp. inviolabile substruendum est, nec quicquam per allegorias exponendum aut

aut proponendum, quod non ex aliis perspicuis Scripturae locis demonstrari possit. *Hieronymus Lauretus*, Cervariens. Abbas *Guixolensis*, numerofus ille Allegoriarum architectus, inquit in aditu ad Sylvam Allegor. *Primum jaciendum est fundamentum Litera*, ut veritas historia teneatur, ne falso fundamento allegoria innitatur. Corruet tota allegoriae machina, si non veritas historia teneatur. Deinde id cavendum, ne allegoria coacta, violenta ac detorta proferatur, sed quae maximè cum historia congruat &c. Rectissimè *B. Lusberus Com.* in Genes. ad cap. 32. pag. 153. fol. B. *In Sacris Literis non sunt quarendae nude allegoriae: Nisi enim habeant historiam & certam rem pro fundamento, nihil aliud sunt, quàm fabula Aesopica.* Optimè *Hieronymus Epistol. ad Dardan. Tom. III. Oper.* *Historia veritas est fundamentum intelligentiae spiritualis.* Quomodo vero in Allegoriarum studio versandum sit, ut scil. in Allegoriis spectetur *Raritas, Concinnitas, Utilitas* docet *B. D. Glasius Philol. S. Lib. II. part. I. Sect. III. art. 3.* *Raritas*; allegoricus enim tractandi modus nō sit nimis frequens, & crebrius repetitus: *Concinnitas*, ut Allegoria non sit nimis remota, distorta, ut scil. textus violentiā quadam eo torquendus sit: *Utilitas*; allegoriae ad

ad delectationem fere solam aptæ sunt. In Do-
 ctore verò Ecclesiæ, monente *Augustino*, tria
 requiruntur, ut doceat, ut delectet, ut flectat.
 Inprimis Concionatori curæ sint allegoriæ,
 quæ in Scripturis Canonicis ab ipso Spiritu S.
 proponuntur & exponuntur, quæ hoc nomine
 gratiores sunt & utiliores profanis. De Pa-
 trum in allegorias nimia diligentia & eorum
 nævis vide *D. Bosfacum* in Dedicat. Promptu-
 arii Allegoriar, confer *D. Franzium* in præfat.
 Tractat. de Interpret. Scriptur. pag. 17. seq. Ego,
 inquit *B. Lutherus* in cap. III. Gen. pag.
 53. Tom. VI. Oper. Witteb. ab eo tempo-
 re, quo cœpi historicam sententiam am-
 plecti, semper abhorruī ab Allegoriis, nec
 sumis usus, nisi vel ipse textus eas osten-
 deret, vel interpretationes ex N. T. pos-
 sent sumi. J. statim sequente dicit; Alle-
 gorias esse inanes speculationes & tan-
 quam spumam Sacra Scriptura. Verba
Spanhemii, quæ exstant part. II. Dubior. Evangel.
 dub. LXVI. seq. num. 7. pag. 509. digna sunt,
 quæ hic legantur; Theologi Romanenses, inquit
 totam Scripturam licentiosis interpretamentis in alle-
 gorias meras transformant, centones & scurriles &
 profanos ex eâ sæpe texunt, & suas cathedras, sua scri-
 pta exegetica, homiletica, paranesica & alia qua-